

tata, c. *Accedens*^{z)} 44) et ff. *De iudiciis*, l. *Si locus*⁴⁵⁾. Sed notorium et indubitatum existit, quod dictus Iohannes tam nos quam imperii nostri fideles et^{a)} amicos odio capitali et etiam hostili exercitu persequabatur^{b)} de facto, et civitates et iura imperii sibi usurpare et subiugare, quantum poterat, conabatur; civitas quoque Avinionensis^{c)}, in^{d)} qua idem Iohannes cum^{e)} suo consistorio morabatur, et ad quam nos, ut dicitur, per suas litteras evocabat, et ille, qui^{f)} illius civitatis dominium detinebat, nos et Romanum imperium habebat odio notorio^{g)} et antiquo^{g)}. Unde patet, quod desiperet^{h)}, qui diceret vel sentiret, talem citationemⁱ⁾ nos ad comparandum modo aliquo coartasse^{k)}. Quis enim auderet^{l)} dicere, quod nos talis consistorii in tali loco periculoso teneremur^{m)} subire iudicium, et in hostium nostrorum nosⁿ⁾ ponere sinu^{o)} et^{p)} ad mortis periculum ultronee nos offerere? Patet igitur, quod talis citatio, si facta reperiretur de nobis, foret irrita^{q)} penitus^{q)} et inanis.

Tertia ratio sumitur ex eo, quod in^{r)} sacris canonibus et legibus statuitur, ut nullus in propria causa possit iudicare vel ius sibi dicere, ut probatur XXIII. ^{s)} q. IV. c. *Inter querelas*⁴⁶⁾ et q. V. c. *De occidendis*^{t)} 47) et IV. q. IV. c. I. ⁴⁸⁾ et C. ^{u)} *Ne quis in causa propria iudicet vel ius sibi dicat*⁴⁹⁾. Sed manifestum et notorium est adeo, ut^{v)} nulla possit tergiversatione negari, quod predictus Iohannes de facto contendebat^{w)}, quod ipse non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus et in nos et in totum imperium ac^{x)} iura imperii habebat

z) attendens *Nv*

a) ac *G*

b) prosequabatur *G*

c) Avenionis *G*

d) *fehlt E*

e) in *Nv*

f) *fehlt Nv*

g) notorio et antiquo *fehlt V*

h) deciperet *NpNvV*

i) civitatem *NpNv*

k) coarctasse *G*

l) audet *E*

m) teneamur *E*; teneretur *NpNv*;
tenerentur *V*

n) *fehlt G*

o) sinum *EG*

p) *fehlt V*

q) penitus irrita *G*

r) *fehlt NpNv*

s) XXIV. *G*

t) occidentis *Nv*

u) cap. *G*

v) quod *NpNv*

w) *hinter* Iohannes *NpNv*

x) et *G*

44) X 2. 6. 4; vgl. gl. ord. ad v. *inimicorum*.

45) Dig. 5. 1. 59.

46) C. 23 q. 4 c. 27; vgl. gl. ord. ad v. *propriae*.

48) C. 4 q. 4 c. 1.

47) C. 23 q. 5 c. 8.

49) Cod. 3. 5.